

**1390 febrer 28**

*Pere Fontana, del Vilar, jurat de Canillo, Ramon Narbona, jurat d'Encamp, Pere Plan, jurat d'Ordino, Ramon de la Coma, d'Aós, [jurat] de la Massana, Gil Martí, [alies] del Mas, jurat d'Andorra, i Bernat Esteve, de Bixessarri, jurat de Sant Julià de Lòria, requereixen a Pere Tomàs, saig del bisbe d'Urgell a les valls d'Andorra, que compleixi el manament d'Arnau de Cos, veguer d'Andorra pel comte de Foix, que l'obliga a restituir als andorrans tot allò que s'ha apropiat en cobrar les quèsties que no li corresponen. Resposta de Pere Tomàs en la qual expressa la seva negativa a complir un manament del veguer comtal.*

**O.** Andorra la Vella, ANA, ASC, perg. núm. 4.835. Al dors: «Carta que los balles hagen de pagar quèstia [...] terra» (segle XV); «Nº 6» (segle XVIII).

**a.** VALLS I TABERNER, *Privilegis i ordinacions*, nota 1, pàgs. 484-486. — **b.** BAIGES; FAGES, *Diplomatari*, doc. 89, pàgs. 206-208.

Noverint universi quod anno et die infrascriptis, in mei, notarii publici, et testium subscriptorum presentia, constituti in siminterio ville de Andora ubi alias proceri vallum Andore solent et consuevunt congregari pro vista et consilio inter ipsos celebrando, videlicet Petrus Fontana, de Vilario, iuratus de Canilheu, Raimundus Narbona, iuratus d'Encamp, Petrus Plan, iuratus de Ordineu, Raimundus de la Coma, d'Anhós, parochie de la Massana, Egidius Martini de Manso, iuratus Andore, et Berardus Stephani, de Bayshezari, iuratus parochie de Luria, ante presenciam et conspectum Petri Thomàs, sagionis vallum Andore pro reverendo in Christo patre et domino, domino Galcerando, digna Dei et apostolice gracia Urgellensi episcopo, qui presentarunt eidem sagioni et per me, notarium subscriptum, perlegi requisiverunt quasdam patentes et apertas litteras in papiru scriptas a honorabili et provido viro, domino Arnaldo de Questio, vicario vallum Andore pro illustrissimo principe domino, domino Gastone, Dei gratia Fuxi comite, domino Bearn vicecomiteque Marciani et Gavardani, condomino ipsarum Vallium, emantas eiusque sigillo proprio cereo rubeo in earum dorso sigillatas dictoque sagioni directas, quarum tenor dignoscitur esse talis:

«Arnau de Quos, viguer de les vals d'Andora per mossèn lo comte de Foys. A Ramon de l'Areyn, say de les dites Vals per lo dit mensser lo comte, salut. Unas letras del dit

nostre senhor lo comte avem receubudes le dia de la data de las presentz, de las quals la vigor és aquesta:

"Gaston, per la grace de Diu comte de Foys, senhor de Bearn, vescomte de Marsan et de Gavardan. A nostre amat an Quos, nostre viguer en la terre d'Andore, salut. A la suplicacion de las gents d'Andore disentz que nostre sarchant los recuse pagar las questas et autres carxs que·s fen en lor loc, conbien que diguen que en los temps davant passat n'avé costumat de pagar, vos mandam que lo dit sarjant conpelliatz et conpellir fassatz a pagar e contribuir a las questas e autres carx, així cum sa·nrere avé acostumat de far. E gardatz que no y falhiatz, en pene de L libres de Morlés.

Dada a Masseres, lo XV jorn de fevre, l'an M CCC LXXX<sup>mo</sup> IX<sup>no</sup>.

Registrata.

E així me dix lo conpelliatz tant entrò aje pagat aquero que dar deu per l'an passat, que no a volut pagar.

Dada cum desús.

De mandament de mossèn lo comte, a relacion de Raymond Garcies, Mathiu de Pugvalor".

Perquè per vigor de las ditas letras desús enserides, volem e vos mandam, sus la pena de L libres de Morlès, que ajatz a pagar e contribuir a les questas que a vós s'apertanho segons la valor de vostres beés, ayshí cum acostumat és sa enrere e juxta la tenor de las desús enserides letres. E en assò gardatz-vos que no falhiatz. Enperò, mandam que las questas per vós degudas d'assí en tras, o arayrages d'aquelas, paguetz segons la ordenansa de mossèn, e totas aquellas que d'assí avant s'enpausaran en la dita terra de Andora en la pena desús dita e en la forma que mossèn a ordenat. A vós, en Pere Thomàs, mandam que so que vós avetz pres de las gentz d'Andora per la questa que Ramon de l'Areyn era quiti, ajatz a redre et restituir en aquels de qui pres o avetz. E assò en la pena desús dita, majorment cum mossèn de Foys n'aja ordenat, car vós ni·ls autres, dengú no avetz re que vezer a las questas de mossèn. E d'aquest mandament e presentació de la letra desús scrita, desús dutz, mandam als juratz de la terra d'Endora que fassan recebre públic instrument per lo notari públic de la dita terra e per causa.

Dada al loc d'Ax, lo XX jorn de febrer, l'an M CCC LXXX nou.

Registrata.

Arnau de Quos».

Quibus quidem literis sic, ut premititur, presentatis et per dictum sagionem cum ea qua potuit et debuit honore et reverencia receptis, et per iamdictum notarium ibidem perfectis,

ibidem et incontinenti prenominati iurati requisiverunt eundem sagionem quatenus, illico, contenta in preinsertis literis de puncto ad punctum diligenter exequataret, protestantes ei, casu quo expressati in dictis literis esset negligens et remissus, de habendo recursum ad superiores sine expensis et de incursu pene in eisdem contentis. Et ibidem, dictus sagio, visis et sane intellectis contentis in ipsis literis, respondit et dixit quod non erat ausus hec facere sine licencia et mandato domini baiuli Sedis Urgellensis et vicarii vallium Andore pro dicto domino Urgellensi episcopo, cuius mandato et ordinacione receperat et non dicti domini vicarii pro dicto domino Fuxi comite, ymo petiit copiam dicte litere sibi dari cum qua suum consilium habere posset. De qua quidem presentacione, perleccione et responsione requisiverunt ipsi iurati per me, notarium subscriptum, retineri publicum instrumentum ad presencium cauthelam et futurorum memoriam, quod et feci.

Quod est actum die ultima febroarii, anno a nativitate Domini M<sup>mo</sup> CCC<sup>mo</sup> nonagesimo.

Huius rey sunt testes: Arnaldus Parati, Iacobus Marie, Petrus de la Sserra, Guillelmus Regini, Michael d'Alzen et Rossellus Rosselli, de Sornàs, parochiarum de Lúria, d'Andora, de Ordineu et de Canilheu.

Sig(*senyal*)num mei, Thome Calhani, notarii publici vallium Andore pro dominis episcopo Urgellensi et comite Fuxi, qui hec scripsi et clausi.